

Q.K  
374  
30<sup>a</sup>.

DE  
HENRICO IV.  
REGVM

CHRISTIANISSIMO

ELISABETHA  
ANGLIAE  
REGINA  
*inuicta.*

*Carmen*  
SPERANTII  
*veraris.*

Autho: Iacobo Francko.



ARGENTINÆ EX.  
CVDEBAT.

*Año 90.*



# HENRICO IV. FRAN.

CIAE ET NAVARRÆ REGI SERE-

niss: & catholicæ Orthodoxæ religionis pro-  
pugnatori Christianiss: & inuicto.

Mpiger Isaias, ipso a Samuele Ichoua  
Indice, balsamino pridem perfusus oliuo,  
Ferret ut ablatam triecto a Saule tiaram,  
Sæpe tamen perferre prius mala multa coactus  
Clamq; palamq; fuit, tanti quam compos honoris  
Sceptra manu & vitidam sublimij fronte coronam  
Gestare inciperet, quin & post funera Saulis  
Tristia, jam veré regem, sceptrisq; potitum  
Vna tribus tantum agnoscit, sequiturq; colitq;  
(Sed iudeæ tribus) hanc aliæ mox deinde sequuntur  
Vnanimes, placideq; eius pia iussa capessunt.  
Diffugiunt belli furiae, pax alma triumphat:  
Armaq; communes patriæ vertuntur in hostes.  
Optime rex, regamq; tuo fortissime seculo,  
O alter David, simili ratione modoq;  
Cuncta sub auspicio regnum illustre tuorum  
Nunquid gesta, vides finem spondere laborum  
Davidico non dissimilem? modo perge deinceps,  
Quod facis, esse tui similis. perge auspice Christo  
Christi hostes, hostesq; tuos, hostesq; piorum  
Euse sequit, patriæq; aliam reparare quietem.  
Perfer & obdura, multum tibi proderit olim  
Iste labor, meminisse breuji cum dulce futurum,

Quod

Quod graue jam durumque pati est perge opere regum  
Vivit adhuc, regnatque Deus tuus ille, volantes  
Inter qui globulorum imbris, ensesque minaces,  
Inter qui tabiem, erudiisque tonitrua Martis  
Te toties hominum auxilijs protexit egenum,  
Et toties succumbendo te vincere iussit,  
Vivit adhuc, inquam, et vincit Deus ille leboue  
Armi potens, arx, configium et tutela suorum.  
Qui conjuratos inter toto orbe tyranos,  
Qui cinctum insidij toties, tectoque veneno,  
Qui fraudi obiectum, et nil non lethale ferentem,  
Te potuit seruare, idem seruare demceps  
Fidentem sibi, et ex animo sua bella gerentem  
Et vult, et potis est, semper poteritque, voletque  
Ter miseros, huic qui vel vi vel fraude resistunt.  
Confiduntque hominum auxilijs, opibusque caducis.  
Mammonis, et bruto maledicti fulmine Papae,  
Instantem cuius minitantur cuncta ruinam.  
Mille tibi, verum est, Satanae insidiantur, in unum  
Mille canes latrant, quorum tamen atra tyrannis  
Circumscripta suis est finibus, ut neque porcum,  
Ultro ni Dominus permittat, laedere possint,  
Nec tibi vel minimum curuare in vertice crinem  
Et metam quandoque canum latratus habebit,  
Quando triumphabit tandem bona causa, et Alethe  
Errorum victrix frontem diadematate cinget,  
Bascanie in solis vita et missante latebris.  
Quoniam etiam his nutus domini præponderat unus,

Auct

*Aut si quid leuius nutu est: bonus angelus vnus,  
Si placeat Domino, Satanarum mille phalanges,  
Mille canum insultus, ululatus mille luporum  
Reprimet, & victor momento conteret uno.*

*At tu ne dubita, Rex impiger, angelus ecce  
Non unus tantum pro te, pro gente piorum,  
Cuius tu caput es, noctesq; diesq; Iehouæ  
Excubat imperio, & Satanæ spem ludit inanem.  
Non uno, sed mille locis, centena piorum  
Millia quotidie pro te pia vota profundunt,  
Irrita quæ rapidis nunquid scribentur in vndis?  
Hic tibi perfugium stabile est, & abenea rupes:  
Hæc fidei petra vna tuæ, tutusq; receptus,  
Quo bene munitum, non fraus occulta latebris,  
Non vis ore minax, & aperto Marte timenda,  
Nulla etiam quamvis sacra conspiratio, nulla  
Factio te subiget, Christo duce, vindice Christo.  
Non leo, non draco, non aspis, lupus aut basiliscus  
Tam rabidus, tam dirus erit, quin deniq; victus  
Subjaceat pedibus, licet indignatus & effrons,  
Rex invictus tuis, ipso victore Iehoua,  
Et statuente suum quo quis ex hoste trophaeum.  
Scilicet ille idem toties qui artesq; dolosq;  
Hostiles priam elusit, tot tela, tot arcus  
Perfidia fregit, desertumq; omnibus, atq;  
Impugnatum etiam solus defendit, & hostis  
Faucibus eruptum tuta in statione locauit;*

A iij

*Idem*

Idem etiam posthac nunquam præsentis egenum  
Deseret auxilij: & nisi me planè omnia fallunt,  
Et quia seditio maledicta ex ore IEhouæ  
Quælibet est, properatq; suo contermina finit:  
Iam iam cœlestis vindictæ, hostisq; rumæ  
Magnanimus spectator eris, gratesq; IEhouæ,  
Rumpantur licet ora canum, fremat orbis & orcus,  
Victor ages, peragesq;, Papa plorante, triumphos.

Salomo. Proverb: 24. v. 21,

Reuerere Iehouam fili mi, & regem: cum mu-  
tantibus sese ne commisceto te. Quoniam R E-  
P E N T E consurget calamitas eorum: & oppressi  
enem amborum istorum (deum & regem non timen-  
tium) quis nouit?

Sperantius Verax Cytharæna-  
tus canebat Regum  
optime.

D. ELISABETHÆ DEI  
GRATIA ANGLIÆ &c. REGINÆ  
potentissimæ: & veræ Religionis proo-  
pugnatrici inuictæ.

655

**A**ND Lunæ' radios nunquam maturuit vna,  
Dixere, Elisabetha tuos qui dia triumphos  
Obliquis limant Oculis, quasi conditor ille  
Solis, Iusticiæ sol aureus, ipse Dianam, hanc  
Illustrare suo nequeat iubare auricomos, & vi  
Siderea, vt certe illustrat, seruatq; regitq;  
Segnitiemq; sitis toto pæne exprobrat orbe:  
(Res loquitur) mollesq; istos sine lumine soles  
Mortales, hostesq; suos, hostesq; piorum  
Obscurare iterum, & diris mersare tenebris  
Non valeat, qui cuncta potest et sustinet vnius.  
Certè vni illorum propé adhuc viuo atq; videnti  
Mortua lux & vita jacent: hunc scorpius ictu  
Sustulit exiguo; reliquos vel rana culexq;  
Suffocare potest, Christo sua perdere regna  
Si non desistant quod res sæpe ipsa probauit,  
Et nostro dextram domini quid detinet æuos?

Tu vero dilecta Deo diuina Virago,  
Cui venti parent, cui militat æquor & aër,  
Dum satagis seruire DEO, gentiæq; fideli;  
Qui non & soles, & toto sidera mundo

A uij (Si

AK

(Si placeat rerum Domino, auctorijs lehoue)  
Exsuperans, mites aliquando in palmite botros  
Christiadūm præstes? pax vt nos leta reuifat:  
Mars malus, & Bellona furens toto exſulet orbe.

Tn

5537

222209

F I N I S.



**Farkarte #13**



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Q.K.  
374  
30d.

DE  
**HENRICO IV.**  
REGVM

*CHRISTIANISSIMO*

*G*  
**ELISABETHA**  
**ANGLIAE**  
**REGINA**  
*inuicta.*

*Carmen*  
**SPERANTII**  
*veraris.*

Autho: Iacobo Francko.



**ARGENTINÆ EX-**  
*CVDEBAT.*

*Año 90.*

